



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 10. Sommersetus Dux capit is Sententia damnatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI
A.C. 1551.

ma amoris , ac benevolentiae significacione introduceretur , Somersetus aliqunde Vir primævo naturæ vitio timidus , mox pœnitentia ductus , quod destinaverat , exequi abhorruit , indeque re infecta discessit : dum vero a quodam suo Amico , cui abs dubio suum conceptæ necis consilium manifestaverat , prodebat , mox Rege assentiente , Juricibus traditur , ac die decima septima Octobris captus unacum pluribus aliis , qui hujus sceleris consciæ accusabantur , in Londinensem turrim abstrahitur. Altera die etiam Ducissa ejus Conjuræ unacum duabus Nobilibus Matronis , quæ ei ab obsequio erant , priter comprehenduntur , ac paulo post Arondelius Comes , necnon Pagetus idem quoque fatum subire cogebantur. Denique Somersetus auditio Palmeri amici sui testimonio die prima Decembbris coram Regni Paribus comparere jubebatur.

§. X.

*Somersetus Dux capit is sententia
damnatus.*

Rapin. Porro accusationum capita ad tria duntur.
Thoiras hist. taxat redigebantur , inter quæ tabula Angl. t. 6. men nulla omnino mentio fuit facta de l. 16. dans cette année p. eo , quod is Northumbriæ ducem occidendi consilium cepisset : nam accusabatur.

fabatur. I. Quod Regem suæ potestati Sæcul. XVI.
subiicere , totiusque regni administra- A.C. 1551.
tionem sibi vendicare fuerit molitus. II.
Nortumbriæ Ducem per Viros arma-
tos capiendi , atque in vincula conii-
ciendi propositum conceperit. III. Lon-
dini seditionem concitandi consilia fo-
verit. Ceterum Somersetus circa
primum , ac tertium accusationis arti-
culum egregie suam vindicabat inno-
centiam , secundum vero caput penitus
non dissitebatur , asserens , quod qui-
busdam verbis incautius prolatis suspi-
candi ansam præbuerit , perinde acsi
perversa in Nortumbriæ Ducem , Nortan-
toniæ Marchionem , & Pembrokii Co-
mitem machinaretur consilia. Hac
confessione facta Regni Pares unanimi
suffragio declarabant , quod Dux læsæ
quidem Majestatis reus non esset , ob
crimen tamen feloniae (*) eum capite
plectendum censerent , abs dubio cui-
dam innixi legi jam antea regnante
Henrico VII. latæ , qua constitutum
erat , ut si quis aliquem ex Regio Senatu

Q 3

oc-

(*) Burnetus l. c. p. 273. affirmat , quod
hic terminus Anglis omnino sit proprius , eo-
que significantur crimina capitalia , quæ de
posterioris ad posteros transire censentur , ac mor-
tis supplicio eluuntur.

Sæcul. XVI

A.C. 1551.

*occidendi consilium cepisse deprehenderetur
quamvis rem non persecisset, feloniae rei
declararetur. Cæterum hæc eadem lex,
quæ forte nunquam executioni fuit da-
ta, plus justo & quidem contra Ducem,
Regni Parem, regisque Avunculum ab
hisce Judicibus fuerat extensa; nam
non deerant, qui Somersetum Ducem
mortis reum esse Eduardo persuadebant,
quapropter securi percutiendus decer-
nitur, quæ tamen sententia non nisi vige-
sima secunda Januarii anno sequenti ef-
fectui data fuit.*

§. XI.

*Concordia inter Scotiæ Viduam Re-
ginam, & Pro-Regem.*Thuan. l. 8.
n. 7.

*Interea Scotiæ Regnum ob pacem ut-
rinque firmatam solida tranquillitate
fruebatur, atque ipsa etiam Maria Re-
gina Vidua, postquam integro anno in
Galliis hærens rebus suis, quantum va-
luit, ibidem prospexerat, rursus in pa-
triam suam revertebatur, universam
que Angliam prætervecta secum Hen-
ricum Clutinium de Oisello Franciæ O-
ratorem sibi percarum, ac alioquin
acris ingenii virum ducebatur, tandem
que appulsa, ac Proregem, qui cuili-
bet jus suum redditurus varias Regni Pro-
vincias peragrābat, secuta eum sollici-
tare*

